



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118790**

§. 138. Hujus Hæresiarchæ Scripta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67204)

futurum sit dogma Catholicum & ad salutem eternam consequendam unice necessarium.

Sæc. XVII.  
A. C. 1604.

## §. CXXXVIII.

*Hujus Hæresiarchæ Scripta.*

Idem Fratres Poloni librorum, qui potissimum in Hollandia typis impressi in ipsorum Bibliotheca asservantur, Catalogum ediderunt, in quo præprimis Socini opera enumerantur duobus majoris formæ voluminibus comprehensa, & quidem in primo continentur omnes suæ explicationes in quædam Sacræ Scripturæ loca, ac præcipue in caput septimum epistolæ ad Romanos, præter ejus opera Dialectica. In altero tomo habentur Polonicæ hujus Auctoris lucubrationes: Scripsit enim præ ceteris animadversiones in *Theses Collegii Posnaniensis, disputationem adversus Volanum, Synopsis justificationis nostræ per Christum, tractatum de fide & operibus, quod attinet ad justificationem nostram, responsionem primam ad Theses duas Francisci Davidis de non invocando Christo, ac denique examen argumenti pro trino & uno Deo unacum responsione perbrevis ad quasdam Theses, Ceterum in omnibus suis operibus studiosæ argutiæ acumen, atque ad omnem malitiam ingeniosa*

Mm 5

sedu-



Sæc. XVII. sedulitas magis emicat, quam ratio  
A. C. 1604. num soliditas & iudicii rectitudo, quo  
 defectu omnes ejus disputationes labo-  
 rant, in quibus Auctor nil nisi fanaticis-  
 mi sui stoliditatem ad explicanda Sacre  
 Paginæ loca detorquere, pertinaci  
 dio adlaborabat.

## §. CXXXIX.

*Dubium circa S. Ordinis adminis-  
 trationem summo Pontifici pro-  
 positum.*

*Argentre  
 Collect. judic.  
 Facult. Pa-  
 ris. tom. 2.*

**M**ovebatur hoc anno quæstio de  
 randis Ordinationibus, quas Lu-  
 dovicus de Mouliner Sagiensis Episcopus  
 fecerat; hic enim in unaquaque Sa-  
 cri Presbyteratus Ordinis administra-  
 tione duobus duntaxat sacerdotio in-  
 stiandis, qui eidem magis vicini erant,  
 ipsemet Calicem & Patenam attrectan-  
 dam porrigebat, cæteris vero omnibus  
 numero decem millibus tantummodo  
 per suum Elemosynarium hæc sacra ve-  
 sa tangenda tradebat: Re hinc inde  
 agitata tandem hæc Controversia ad  
 Clementem VIII. Pontificem maximum  
 defertur, qui hosce sacerdotes denuo  
 ordinandos esse declarabat: detrecta-  
 bant tamen ex his quidam, sacerdo-  
 tium denuo suscipere, causantes se  
 tantæ dignitati impares esse. Hac su-  
 per